Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

neglegens ee̅. non debui. Cum enim petiuisses ut de inuisibili d̅o̅.
utrum per oculos corporeos possit uideri. prolixe aliquid copiose
que ad te scriberem. negare non potui. ne sc̅m studium tuum of
fenderem. Sed p̅missum distuli. siue p̅p̅ter alias occupationes
meas. siue quod a me id flagitaretur. Unde aliquanto diutius
cogitari oportebat. Sed cum tanta res esset. quae cogitando non
tam quid de ea sentiendum. dicendum ue ē. quam quonam modo
p̅suadendum his qui diuersa sentirent fieret difficilior. finem
aliquando dilationi adhibendum putaui. sperans diuinum adiuto
rium magis mihi scribenti. quam differenti affuturū. Quā obrē.
primum mihi uidetur plus ualere in hac inquisitione uiuendi quam
loquendi modum. Nam qui didicerunt a d̅n̅o d̅o̅ ih̅u xp̅o mites esse
et humiles corde. plus cogitando et orando p̅ficiunt. quam legendo.
et audiendo. Nec ideo tamen agere partes suas sermo cessauerit.
Sed cum plantator et rigator officium sui gesserit muneris. ceterae
illi qui dat incrementum relinquid. Ille quippe etiam ipsum plan
tatorem que formauit. Secundum interiorem igitur hominem.
p̅cipe uerbam intellectus. Ipse enim renouatur de die in diem. etiā
cum exterior iste corrumpitur. siue castigatione abstinentiae.
siue aliqua morbida ualitudine. siue quolibet casu. Uel certe quod
necesse ē. etiam his qui sano corpore diu uiuunt. ipso aetatis accessu.
Erige itaq: sp̅m mentis tuae. qui renouatur in agnitione di̅ secundum
imaginem eius qui creauit eum. ubi p̅ fidem interius habitat xp̅s.
Ubi non ē iudeus et grecus. seruus et liber. masculus et femina.
Ubi non morieris cum solui corporeo ceperis. quia nec ibi marcuisti.
cum sis annis grauis. Hoc interiore tuo erecta. Intende et uide
quae loquor. Nolo auctoritatem meā sequaris. ut ideo putes tibi
aliquid necesse ee̅. credere q̅m a me dicitur. sed aut scripturis
canonicis credas. si quid nondum quam sit uerum uides. aut interius
demonstranti ueritati. ut hoc plane uideas. exempli gratia.